

NvK an Bernhard von Kraiburg, Kanzler des Eb. von Salzburg. Der Papst werde dem Eb. von Salzburg die geistliche und weltliche Herrschaft über das Bistum Brixen übertragen. Bernhard solle als Salzburger Kanzler nach Lienz reisen und die Bistumsverwaltung übernehmen. Er werde Unterstützung von Seiten des Kaisers, des Grafen von Görz und möglicherweise auch Venedigs erhalten. Die Schweizer seien ebenfalls zum Kampf gegen Hz. Sigismund aufgerufen worden.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StiA*, Cod. Cus. 221 p. 136. Über dem Text: Domino Bernhardo per Gasparem.¹⁾

Erw.: Scharpff, *Cardinal und Bischof I* 343; Jäger, *Streit II* 101f.; Joachimsohn, *Bernhard von Kraiburg* 18f.; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 400f.

Venerabilis domine, amice carissime. Ex hiis, que s. d. n. scribit re^{mo} domino meo Saltzburgensi²⁾, bene intelligetis omnia, que acta sunt et fieri desiderantur. Pendet autem nunc huius rei executio, que ab ipso archiepiscopo petitur, totaliter a persona vestra, ut scilicet vestra amicitia onus subeat et exequatur commissa. Puta per Luentz
 5 venietis in vallem Pustrissam et ad castra ecclesie, prout lator presencium³⁾ vos informabit. Et illos, qui sunt castellani, convocabitis et declarabitis, quomodo s. d. n., in cuius potestate sunt omnes ecclesiastici, tam episcopi quam capitula, ad se advocavit administracionem spiritualium et temporalium ecclesie Brixinensis⁴⁾, ita quod omnes subditi ecclesie, ecclesiastici et temporales, ipsi Romano pontifici uti pape et etiam
 10 administratori ecclesie Brixinensis obedire tenentur in omnibus, sicut tenebantur obedire episcopo et capitulo; quodque s. sua illam administracionem commisit domino archiepiscopo Salzburgerensi, ita quod ipse per suum cancellarium in diocesim mittendum exerceat et ordinet cuncta; quodque ipse archiepiscopus obedire volens vos cum plena potestate miserit ad faciendum secundum instrucciones apostolicas. Et ut ipsi
 15 videant consensum meum in hoc, ostendetis eis litteram meam apertam et requiretis eos, ut ad manus vestras tamquam commissarii promittant et iurent obedire Romano pontifici et suis commissariis.

Cetera omnia patent ex apostolicis litteris. Eciam erigetis vexilla pape et domini imperatoris in castris, et eciam domini Salzburgerensis adiungetis, si placuerit. Ponetis
 20 officiales eodem modo et locum tenentes in absencia vestra, et fiant omnia expensis Brixinensis ecclesie, in quantum se redditus extendunt. Ego habebō pacienciam et vivam, ut potero, quousque iusticia suam habuerit executiōnem.

Item papa scripsit domino imperatori⁵⁾, quomodo administracionem capere velit et vexilla erigere, requirendo, ut capitaneo in Ortenberg⁶⁾ et comiti Goricie precipiat,
 25 quod succurrant inplorati tempore necessitatis. Item papa scripsi(t) comiti Goricie⁷⁾ et scribet Venetis⁸⁾, ut mittant adiutorium, si Sigismundus vellet violenciam inferre. Capite igitur rem hanc animose ad manum et non sit timor aliquis. Papa misit ad Swicentes pro subsidio.⁹⁾ Dominus imperator non impugnabit facta pape. Forte dux Albertus Austrie se interponit, nisi dominus imperator capiat patriam comitatus Tyrolensis. Alii
 30 non dormient, quando dabitur in predam. Congerite et confido, amice unice.¹⁰⁾ Senis xi augusti 1460.

N. cardinalis sancti Petri

- 1) *Kaspar von Oberweinper*; vgl. oben Nr. 6276 und unten Nr. 6289.
- 2) *S.u.* Nr. 6294 (1460 August 15).
- 3) *S. Anm. 1.*
- 4) *S. bereits oben* Nr. 6286.
- 5) *S.a.* Nr. 6271 (1460 Juli 31).
- 6) *Georg II. von Kraig, Hauptmann zu Ortenburg.*
- 7) *S.a.* Nr. 6286 (1460 August 9).
- 8) *S.u.* Nr. 6298 (1460 August 17).
- 9) *S. zuletzt oben* Nr. 6285 (1460 August 9).
- 10) *Zur Freundschaft zwischen NvK und Bernhard von Kraiburg* vgl. oben Nr. 6092 *Anm. 5*, 6123.